Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Baptistae Mantuani ... Parthenicum libri

Baptista <Mantuanus>

Argentinae, 28. 8. 1501

VD16 -S7317

Ioannis Gallinarij [...] In Impressorem Parthenicum [carmen]

urn:nbn:de:bsz:31-321582

Visual Library

fructus καὶ τὸ ξυλομ lignum.

Ceroma — Ceromate. Ceroma ungentum erat ex oleo & terra in ſpecie luti. Marcialis Vara nec in lento ceromate brachia tēdis. & alibi Quod ceromata fece de Sabina. & erat paleſtritarū: quorū molliciem Plinius carpens inquit. Plura de hac parte nō ſum dicturus: non Hercule magis quam de terræ uſu in Ceromatis: quibus exercendo iuuentus noſtra: corpora vires animorum perdidit. — Marcialis — Plinius

Alabaſtra — Alabaſtra. Alabaſtra cauant ad vaſa vnguentaria: quoniam optime ea atq; incorrupta ſeruare dicitur. Naſcitur circa Thebas Aegypcias & Damaſcum Syrię hic cęteris candidior. Probatiſſimus in Carmania mox in India iam quidē & in Syria Aſiaq;. Vtiliſſimus autem & ſine ullo nitore in Cappadocia. ꝓbantur quam maxime mellei coloris: in vertice maculoſi atq; non tranſ lucidi auctor Plin. lib. xxxvi. naturalis hiſtoriæ. — Plinius

τελόσ ἔστοι ιησοσ χριστοσ ὁ
ευλογιμένοσ ἐισ τουσ αιώμ
ασ μετα τόισ μαριάσ παρ-
θενόμ θιμοτατυσ.

Ioannis Gallinarij Liberaliū arcium
Magiſtri Decatoſticon in Impreſſo-
rem Parthenicū Baptiſtę Mantuani.

Calcographo meritas ſtudeamus ſoluere laudes
Ingrati ne nos argueremur ei.
Viuat Neſtoreos Iuuenes optate per annos
Schottus Ioannes qui bene preſſit opus.
Multifidos punctis ſenſus diſtinguit & ornat:
Vt leue lectori Carminis aſſit iter.
Hic etenim a prima deduxit ſemina ſtirpe:
Quæ niueo nigras extulit ære notas.
Nunc quia manſuris tua ſtirps dedit oīa cartis,
Schotte igitur proli gloria prima tuæ.